Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

uerbum. Immo et si aliqui sanctorum uerbi illius in pre-
cordiis suis sensere attactum, quibus uerbis enar-
rare potuerunt? Hoc ergo tantum nunc dictum
sit, quia tunc preter uerbum ualidum, uerbum deus in-
fremuit in spiritu uel in anima egrediente de
corpore ihesu, et in inferno intremuit ueniente cum
uerbo simul unito anima ihesu, cuius uidelicet uerbi fortitu-
dinem sustinere non potest, nec quietius habet a-
morem. Nam hinc est quod psalmista di-
cit: Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant
peccatores a facie dei.

Mulciat super hac re sermonem nostrum ser-
monem inualidum propheticum patriarche
iacob preconium. Catulus leonis iu-
da inquit, ad predam fili mi ascen-
disti. Requiescens accubuisti ut leo, et qua-
si leena. Quis suscitabit eum? Iuda interpre-
tatur confessio. Christus ihesus est confessionis nostre
princeps, ortus de tribu iuda. Iste est catulus le-
onis, id est filius dei fortissimi. Agnus fuerat
eatenus et sicut ouis cum ad occisionem duc-
tus, sed ubi consummatum est quicquid secundum
similitudinem agni aut ouis eum pati oporte-
bat, statim infremuit idem catulus leonis,
nam ad predam fili mi ascendisti, ad predandum
infernum inualuisti. Primum est spolium
quod iste depredator mortis inferno abstu-
lit latro ille fuit qui cum ad ipsas iam ap-
pinquaret fauces inferni, una breui confes-
sione retentus audiuit ab illo: Amen dico tibi,
hodie mecum eris in paradyso. Quanta preterea
ad predam sic incipiendo ascendisti? Quis preter
illum potuisset educere de inferno tot electo-
rum milia iuxta illud zacharie prophete: Tu quoque
in sanguine testamenti tui emisisti uinctos
tuos de lacu in quo non est aqua. Deside-
rabilis predo reddens uite quos abstulit mor-
ti, reddens celo quos abstulit inferno. Hoc nimirum
in uinculo sciens futurum: Ego inquit si exalta-
tus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.

Cum dicitur omnia subintelligimus electa siue omnem
potestatem in celo et in terra. Nam propter passionem
mortis gloria et honore coronatus, propter patibu-
lum crucis iudex uiuorum et mortuorum est consti-
tutus, et omnia subiecta sunt sub pedibus eius. Et quamquam
adhuc rebellant inimici eius, sine dubio senti-
ent actu quod potestate sint sub pedibus eius.
Unde apostolus cum posuisset hoc psalmi testimo-
nium futurum ait de quo loquimur: Nunc autem
necdum uidemus omnia subiecta ei.

Requiescens inquit accubuisti ut
leo et quasi leena. Consummatio
negocio mox ut dicto consummatum
est spiritum emisit, requieuisti a labo-
ribus tuis. Requieuisti cum preda quam cepisti
ex inferis, latronem quoque pie confessum habens
tecum in deliciis paradysi. Ibi spiritu iam requi-
escente caro quoque in sepulchro requieuit. Nun-
quid parua autem parui pendenda pars ista requi-
etionis, requies sepulchri, requies corporis se-
pulti? Non utique parua, sed magna, multumque
omni humano generi proficua. Oportuna namque
ptuanam defuncti hominis sepulturam pla-
cari diuinitatis trinitatem, eatenus humano
generi offensam, et per sepulturam unius iusti cor-
pus quoque resurrectionem nobis omnibus comparari.
Causam istam rite perpendi ualde placere
debet consilium uerbi domini, uerbi quod taliter
in lege precucurrit per os moysi. Quando inquit
peccauerit homo quod morte plectendum est et ad-
iudicatus morti appensus fuerit in patibulo,
non permanebit cadauer eius in ligno, et nequaquam
sed in eadem die sepelietur, quia maledictus a deo
est omnis qui pendet in ligno, et nequaquam conta-
minabis terram tuam quam dominus deus tuus dedit
tibi in possessionem. Que nam intentio est le-
gis, immo spiritus sancti, tale per legem dictum decer-
nentis, nisi ut dum ex legis precepto sepeliuntur
omnes quicumque fuissent in patibulo appensi quasi
tunc cuiusque rei quantum uis morte digni, con-